

Chrysof.  
Hieron.  
Abulenf.

91.  
Bernard.

Vera obediencia non scrutatur, nec interrogat, sed obediens.

94.  
Chrysof.

3. Reg. 19.

Vera obedientia, quando vocatur, est inchoatum opus, relinquat.

Vera obedientia sufficit in summatio, & his bobus currit post Eliam. Perfecta, ac consummata obedientia iustionem non exoptat, sed ut ad obediendum moveatur, qualibet est insinuatione, indicioque contenta.

95.

Luc. 9.

Deus in suis ministris magnam prudentiam requirit.

tis resplendebat, qui maximè Apostolos, ac quos vocabat, attrahebat, ut docet D. Chrysofomus hom. 4. in Marc. D. Hieron. in e. 9. Matth. Abulenf. citat. q. 100. Ad rationes morales veniamus.

Respondet secundo D. Bernardus sermon. 2. de S. Andrea. Illi, scilicet Apostoli, continuo nihil disjudicantes, aut hasitantes, non solliciti unde viverent; non considerantes, quoniam modo rudis homines sine literis Predicatoris fieri possent; nihil demique interrogantes, sine mora relictis retibus, & navi secuti sunt eum. Agnoscite, fratres, quoniam propter vos scripta sunt hæc: ut discentes vera obedientia formam castigetis corda vestra in obedientia obediatis. In exordio nascentis Ecclesie verum obedientie exemplar nobis Dominus in suis Apostolis statim præbet. Nam illi, audita Domini voce, ab omni iudicio abstinent circa cibum comparandum, ac futurum eventum: nihil hæsitant, nihil interrogant, nihil scrutantur, sed dimissis omnibus ipsum sequuntur, ut nos hanc charitatis obedientiam imitari omnibus viribus intendamus.

Tertio D. Chrysofomus homil. 14. Perpende vero, ait, fidem, & obedientiam vocatorum, siquidem in medio ipsius operis constituit (scitis autem, quam avida res sit piscatio) cum illum audissent jubentem, nihil distulerunt, nihil omnino cunctari sunt. Non dixerunt, revertamur domum; loquamur propinquis: sed cuncta illico relinquentes, fecerunt, quod Elias quoque sub Elia legitur implese 3. Reg. 19. n. 20. Talem quispe a nobis obedientiam Christus essigiat, ut neque punctum temporis differamus: etiamsi nos aliquid necessarium agere videatur. Intenti erant Apostoli maxime delectabili, perijucundoque operi, eis etiam tamen Christi vocem audivit, non morantur, ut retia extrahant, sed inchoatum opus relinquunt, ad Christum properant, certissime sibi statuentes, quod si tantisper detineretur, jam tardè venirent, nobisque dantes documentum, quod cum vox majoris insonnerit, etiam incepta, & non perfecta littera, ut dicitur, sit ad illius iustionem convolandum. Et apè utitur Elia exemplo, qui inchoatum arandi opus intermisit, ut post Eliam curreret, ac ipsum sequeretur; cum tamen Elias ipsum aperta, & alta voce non vocaret. Misi

Elias pallium suum super illum, qui statim relinquit, & his bobus currit post Eliam. Perfecta, ac consummata obedientia iustionem non exoptat, sed ut ad obediendum moveatur, qualibet est insinuatione, indicioque contenta.

Quarto. Vocavit Dominus quendam juvenem, & ait illi: Sequere me. Ille autem dixit, Domine, permittite michi primum ire, & sepelire patrem meum, Luc. 9. num. 59. At Petrus, & Andreas, ubi primum vocem Domini accipiunt, continuo ipsum sequuntur; nihil de doib, nec de consanguineis, nec de familia, ut dixi ex Chrysofomo, cogitantes, sed dimissis omnibus Christo adherent. Cur similiter Dominus huic adolescente vocem, adeoque efficacem non fecerit, sicut Apostolis? Eligebat Dominus Apostolos suos, ut ejus essent ministri, ideo hanc eis statim ingerit inspirationem, ut omnia relinquere, ipsumque indilate sequerentur: in suis enim Dominus ministris ad suas functiones obundas magnam expeditionem, velocitatemque exoptat.

Factus est repente de celo sonus, tanquam adveniens spiritus vehementis, Actor. 2. n. 2. hoc est, Actor. 2. sonus edictus est ejusdem venti vehementissimi, qui verus ventus erat, ut vult Cajetanus, & placet etiam Lorino. Sicut etiam quando Dominus venit ad Eliam in monte Horeb, 3. Reg. 19. n. 11. & 12. Sed cur ventus in ministerium assumitur a divino Spiritu, dum descendit super Apostolos? Ventus inter omnia sensibilia velocissimus, nullaque obstaculo retineri valet, ut ponderat Geminianus lib. 1. de exemplis cap. 73. Et a Deo id in suum ministerium destinatur, quod celerrimum invenitur, ut volitet, ac supervolvet super omnia, ita ut a nullo retardari valeat. Et ideo divinus Spiritus venit super Apostolos in igne, & in concitato venti impetu, ut ait Cajetanus. In igne, ut eos ardentes redderet in charitate; in vento vero, ut eos veloces faceret ad currendam viam. Beda: Neque Deus ignis, neque ille tonitus fuit; sed per hoc, quod exterius exhibuit, expressit hoc, quod interiorius gessit.

Mandavit Dominus discipulis suis, ut per viam neminem salutarerent, Luc. 10. num. 4. Sicut & hoc præcepit Eliasus suo discipulo Gezi 4. Reg. 4. num. 29. Sed cur eis prohibentur salutationes, quam amicitia, ac urbanitatis sunt signa, & inter omnes nationes maxime laudabiles? prohibentur hujusmodi salutationes, ne ex his aliqua oriatur confabulatio, unde Apostoli derincantur. Et quamvis hujusmodi confabulatio non daretur, tamen ipsa salutato denegatur, ne in itinere saltem aliquo brevissimo verbo Apostoli retardarentur; & ideo ad hujusmodi morulam amputandam absque ullo verbo jubentur incedere. D. Ambrosius ad c. 1. a. tum Luca locum. Postquam ait de Gezi: ne confabulatione alicujus obij retineretur a mandato munere; de Apostolis sic loquitur: Ego hic non salutationis officium aufertur, sed obstaculum impediende devotionis aboletur, ut quando divina mandantur, paulisper sequebantur humana. Pulchra est salutio, sed eo pulchrior, quo præceptorum maturior executio divinorum, qua per moram sepe trahit offensam.

QUESTIO XIII.

Quomodo Apostoli dimissis omnibus, nihil de futuro eventu cogitantes Christum sequantur?

Audiant Apostoli a Christo: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Illi vero relictis retibus statim ipsam sequuntur. In quaestione ergo vertimus, quomodo Apostoli ita indilate Christum sequantur? An cogitaverint, quomodo homines essent piscaturi, quomodo victus comparandus, & quinam ab eis vivendi modus habendus.

Respondet primò, quod ita Apostoli excitati sunt, atque attracti efficaciam, ac dulcedine divinæ gratiæ, ut nihil circa futurum eventum cogitantes Christum sequerentur. Hunc dicendi modum tradit D. Bernardus supra datus serm. 2. de S. Andrea. Illi, ait, scilicet Petrus, & Andreas, continuo, nihil disjudicantes aut hasitantes non solliciti, unde viverent, non considerantes, quomodo

96.

Acto. 2.

Cajet.

Lorin.

3. Reg. 19.

Geminian.

Dei ministris

celerrimis.

Cajetan.

Beda.

97.

Dei ministris

nece brevissimè

retardantur.

Ambros.

98.

Ratio diff-

cultatis.

99.

Bernard.

Basil. Seleuc.

Salmeciron.

Math. 15.

Sequuntur, cum finem vocationis, & vivendi ignorarent.

100.

Abulenf.

Peterant

existimare

Deo scientiam dandæ.

101.

Basil. Seleuc.

Chrysof.

Ex sua experientia sibi facile persuades.

102.

Tertull.

Iustus famem non timet, despicit viciam.

103.

videt homines sine literis Predicadores fieri possent, sine mora relictis retibus secuti sunt eum. Idem latè docet D. Basil. Seleuc. orat. 30. Hæc est efficacia divinæ gratiæ, quæ facit nos infalibiliter operari id, quod altitudo sapientiæ Dei disponit. Nec est mirum quod illa Christi verba, faciam vos fieri piscatores, non intelligerent, ut notat Salmeciron tom. 4. tract. 25. sicut etiam multa alia ejus dicta, & parabolas non intelligebant, Math. 15. n. 16. Adhuc vos sine intellectu estis, & non intelligitis; & cap. 16. n. 8. Marc. 7. n. 18. & 8. n. 17. Luc 18. n. 34. Ex quo perpende, quanta sit Christi vocantis virtus. Non rogant, quem finem hæc vocatio esset habitura, unde vivendum? nec suam ipsorum utilitatem; rarditateque expendant; sed omnia parati, ac prompti obediunt, atque sequuntur.

Secundo. Abulenf. q. 99. quod cum Apostoli viderent Christum fecisse aliquot miracula, ex hoc crediderunt, quod sic etiam posset facere eos doctores legis sine aliqua longa exercitatione in litteris; poterat enim subito dare eis sufficientem cognitionem ad hoc, quod prædicarent; quia ex operibus suis viderant, eum esse Prophetam, vel prophetis majorem. Interdum tamen unus Prophetam faciebat alium Prophetam, sicut Elias unxit Eliseum in Prophetam, 1. Reg. 19.

Tertio. D. Basilus Seleucus orat. 30. postquam proponit aliquas difficultates, quæ in evangelicæ prædicationis negotio erant interventuræ; quomodo Reges trahendi; qua methodo sermonis utendum, qua lingua loquendum, ait S. Pater. Nihil tale locuti, nihil meditati; sed re ipsa hanc verbi Christi traxerunt sequentibus loquemen Dominum, & piscatura modum intus ipsi secum docebantur, quodque facturi erant, primum opere experiebantur. Similiter loquitur Chrysof. hom. 14. in Matth. Multæ in piscatione hominum difficultates in Apostolorum mentem subire poterant, præcipue cum ipsi essent homines sine literis. Tamen cum ipsi experirent, quod absque ulla resistantia, hanc, & efficaciam divini verbi trahebantur; ex ipsa sua experientia sunt edocti, quod ope Christi alios faceret, & expedire trahere possent. Maxime acquiescit homo his, quæ sentit ac experitur; & cum ipsi experiantur efficaciam divini verbi; cui nihil resistere valet; minime detinentur, sed dimissis omnibus Christum sequuntur.

Quarto. De Apostolis Christum sequentibus loquens Tertull. lib. de Idololatria, c. 12. ait: Nemo eorum, quos Dominus elegit; non habeo, dixit, quo vivam. Fides famem non timet. Scit etiam, famem non minus sibi contemnendam propter Deum, quam omne moris genus. Didicit, non respicere vitam; quanto magis viciam. Dimittant retia, quibus victum comparabant. Sed cur non cogitant, quomodo vivendum, quæve medio quotidianus cibus obtinendus? Iusti amore virtutis famem superant, nullam penuriam timent, Et qui illum mirum, quod propter Christum famem contemnunt, qui propter ipsam vitam despicunt, & nil reformidant, omni se periculo tradere.

Cum fame valde premeretur terra, tendit Elias in Sarepta Sidoniorum, & ibi a muliere vidua petit buccellam panis. Cui illa ait: Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farina in hydra, & paululum olei in lecytho. En colligo duo ligna, ut in Sylveira in Evang. Tom. II.

grediar, & faciam illum michi, & filio meo, ut comedamus & moriamur. 3. Reg. 17. n. 12. Si ita necessitate laborabat mulier extra domum suam, ac urbem non egreditur ad campos, vel ad alia loca se confert, in quibus pro se, & filio suo alimoniam posset habere; nam fames illa non erat in toto orbe, solum in terra Israël, & in locis illis conjunctis, ut tenet Abulenf. in c. 17. citatum, q. 9. Sarepta autem erat juxta fines Israël, ac proinde fortitan non longè ab illa distaret oppida, in quibus siccitas, & fames non prædominabatur. Cur ergo ad hujusmodi loca non tendit vel cur saltem per campos non vagatur? Mulier hæc, ut ait Abulenf. q. 24. & Cajetanus, erat Deo devota, & summum Deum colebat, & cum mulier esset pia, & bene mortigerata, famem contemnebat, & propriam vitam despiciebat; ne pudicitiam ac honestatem suam deventuraret, extra limites suæ domus, ac propriæ civitatis circumvagando, & ad alia loca divertendo. Idem Abulenf. Ut comedamus, & moriamur, ait mulier, id est: Jam non habeo spem comedendi aliquid post hoc, quia nihil aliud habeo comedendum in domo mea. Cum non haberet in domo, extra querere recussabat. Audiant hoc femina, quæ ob victum comparandum luxuria prosternuntur. Audiant & viri, qui ob panem, & cibum multa illicita perpetrant. Dilcant famem parvipendere, eique minime eedere.

Abulenf. Cajetan. Mulier pudica famem contemnebat ne honestatem deventuraret.

Abulenf.

QUESTIO XIV.

Quare, cum Petrus, & Andreas minus dimiserint, quam Zachæus; tamen non huic, sed illis conferretur hominum piscatio.

Vocantur Apostoli ad Christi sequelam, dimissis retibus, & præter gratiam, naturalia dona interius collata, ei dantur, ut sint hominum piscatores, ac Principes orbis terrarum, & Ecclesie fundamenta. At Zachæus multo majores facultates propter Deum distribebat; nam cum esset dives, dimidium bonorum suorum dabat pauperibus. Luc. 19. n. 8. tamen minor Petro, & Andrea constituitur; nam nec Apostolus, nec orbis terrarum creatur est Princeps.

Respondet primò ex D. Greg. Magn. hom. 5. Multas fratres, ait, relinquitis, si desideratis terrenis renuntiare. Exteriora etenim nostra Domino, quamlibet parva sufficiunt: Cor namque, & non substantiam perdit. Nec perpendit quantum in ejus sacrificio, sed ex quanto proferatur. Nam si exterioris substantiam perpendamus, ecce sancti negotiatores perpetuam Angelorum vitam, datis retibus, & navi mercati sunt. Eliminationem quippe pretii rete, non habes; sed tamen regnū Dei tantum valet, quam non habes. Minora bona temporalia Petrus, & Andreas dimittunt, quam Zachæus, illi tamen a Deo majores creantur, utpote Apostoli; nam quamvis parva relinquerent, majori tamen a se charitatis impetu, majorique affectu alienabant, quam bonorum temporalium perpendit effectum. Pauperula vidua in gazophylacium duo mist æra minuta; & de illa ait Salvator, Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper plusquam omnes misti, Luc. 21. n. 3. ibi

105. Greg. Mag.

Deus affectum potius quam effectum perpendit. Luc. 21.

Euthymius



Euthym.

Euthymius. Et si pauper erat possessionibus, dives tamen animo ostenditur; ideo Salvator, qui non donum ponderat, sed voluntatem, plus omnibus misisse dicit.

106. Fulgent.

Secundo. D. Fulgentius epistola 2. ad Gallam, de consolatione, cap. 17. Deus non quantitatem, ait, contempnit facultatis, sed qualitatem voluntatis attendit. Plures divitias pauperibus pro Christo dicitur expendisse Zachaeus, pro quo vilissima Piscatoria artis instrumenta Petrus reliquit Apostolus: & tamen non Zachaeus dives pauperi Petro, sed pauper Petrus diviti Zachaeo preponitur: ut divitiis Christi nulla de contempnis divitiis jactantia nasceretur. Omne bonum Deo tribuendum, & vana gloriatio maximè nobis fugienda. Poterat Deus dispendere, ut Petrus, & Andreas magnas haberent divitias, quas propter ipsum relinquerent; tamen ita ordinavit, ut paupercola retia dimitterent, quæ multo erant inferiora iis, quæ Zachaeus largiebatur; & tamen non Zachaeus, sed illi pauperes ad calmen evolvuntur Apostolicum: ne quis inaniter gloriaretur, quod à Deo plura accepit, qui pro ipso multa tribuerit: & ut hæc jactantia ansa amputaretur, pauperes diviti anteponuntur, ut divitiis Christi nulla de contempnis divitiis jactantia nasceretur.

107.

Tertio. In datis facultatibus Petrus, & Andreas Zachæo minores atque inferiores extiterunt: multo tamen majores se exhibuerunt in se ipsis tradendis, ac expendendis propter Christum; nam à minimis, quæ habebant, se exuunt, Christum sequuntur, eique individualiter adherent. At Zachæus adhuc cum sua suppellectili retinebat domum, in eaque manserat. Et quia illi insigniores se præbuere in se ipsis dandis pro Deo, qui nos potius, quam nostra vult, 2. Corinth. 12. num. 14. Non quero, quæ vestra sunt, sed vos; ideo apud ipsum majori gloria nitent, atque fulgent.

108.

Non timebo, quid faciat mihi homo: in me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi, Psalms. 5. num. 11. & 12. Sed cur ita confusus est, ut ea non timeat; quæ homo adversus eum potest moliri; cur non times, quod auferat omnia bona, & nihil tibi retineat, quod Deo possis sacrificare, & offerre? Optime sciebat Propheta, quod non tam sua Deus, quam se ipsum volebat, & affectabat, & ideo ait quod non timebat mala omnia ab homine inferenda: quia etsi hostis omnia spoliaret, adhuc ad Deo sacrificandum se ipsum retinet, quo ipsi nihil gratius, & excellentius. D. August. Quæ vota reddam laudis tibi? Anno Deum meum. Nemo hunc mihi eripit. Et merito dicitur in illa superiori fiducia: Quid faciat mihi homo. Sciat homo: quid est ablatum? Aurum, argentum, pecora. Nunquid auferet vota, quæ in me sunt, quæ reddam laudis Deo? Hugo. Non timebo, ait, quid faciat mihi homo exterius, cum bonum interius non possit surripere, per quod tibi placeo: quia in me, non extra sum Deus vota tua, illa scilicet, quæ desideras.

August.

Quæ vota reddam laudis tibi? Anno Deum meum. Nemo hunc mihi eripit. Et merito dicitur in illa superiori fiducia: Quid faciat mihi homo. Sciat homo: quid est ablatum? Aurum, argentum, pecora. Nunquid auferet vota, quæ in me sunt, quæ reddam laudis Deo? Hugo. Non timebo, ait, quid faciat mihi homo exterius, cum bonum interius non possit surripere, per quod tibi placeo: quia in me, non extra sum Deus vota tua, illa scilicet, quæ desideras.

Hugo.

Cum Jacob properaret ad patrem suum, & fratris timore maximè anxietur, omnibus suis dimissis bonis cum uxoris, & filiis, mansit solus, ecce vir luctabatur cum eo, Genes. 32. n. 24. à quo multa bona est consecutus. Dedit ei magnum nomen Israël, quia Deum vidit, ac benedixit eum. Sed illud maximè venit inquiren-

109.

Cum Jacob properaret ad patrem suum, & fratris timore maximè anxietur, omnibus suis dimissis bonis cum uxoris, & filiis, mansit solus, ecce vir luctabatur cum eo, Genes. 32. n. 24. à quo multa bona est consecutus. Dedit ei magnum nomen Israël, quia Deum vidit, ac benedixit eum. Sed illud maximè venit inquiren-

Genes. 32.

Secundo. D. Fulgentius epistola 2. ad Gallam, de consolatione, cap. 17. Deus non quantitatem, ait, contempnit facultatis, sed qualitatem voluntatis attendit. Plures divitias pauperibus pro Christo dicitur expendisse Zachaeus, pro quo vilissima Piscatoria artis instrumenta Petrus reliquit Apostolus: & tamen non Zachaeus dives pauperi Petro, sed pauper Petrus diviti Zachaeo preponitur: ut divitiis Christi nulla de contempnis divitiis jactantia nasceretur. Omne bonum Deo tribuendum, & vana gloriatio maximè nobis fugienda. Poterat Deus dispendere, ut Petrus, & Andreas magnas haberent divitias, quas propter ipsum relinquerent; tamen ita ordinavit, ut paupercola retia dimitterent, quæ multo erant inferiora iis, quæ Zachaeus largiebatur; & tamen non Zachaeus, sed illi pauperes ad calmen evolvuntur Apostolicum: ne quis inaniter gloriaretur, quod à Deo plura accepit, qui pro ipso multa tribuerit: & ut hæc jactantia ansa amputaretur, pauperes diviti anteponuntur, ut divitiis Christi nulla de contempnis divitiis jactantia nasceretur.

dum, cur tot, ac tanta dona non consequitur, quando omnia sua terrena bona dimittit, & à se ablegat, ab eisque denudatus remanet solus tunc tamè nihil ei cælestis doni impertitur. Cur ergo, quando in lucta, ac complexu cum Deo se tradit? quia quamvis Deo sit gratum, quod homo omnia mundi à se dimittat, & exuatur ab eis; multo tamen gratius Dei semetipsum dare: & ideo Jacob cælestem non comparat benedictionem, quando suis omnibus tradectis remanet solus, sed quando se ipsum Deo toto animo, & corpore tradit. Hanc sententiam patrocinatur D. Ephrem, Ephrem, serm. de angustia animæ. Domine, cognosce cor, si penitus exivit mundum, & te perficere desiderat; an equam pertingat ad sanam, aperit ei.

Tunc homo Dei benedictionem habet, quando ai se ipsum tradit.

D. Ephrem.

Matth. 4. n. 21. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus in navi cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua, & vocavit eos.

VERSIONES.

Syriacus. Et quum illinc descendere: vidit duos alios fratres, & reficientes retia sua, & vocavit eos Ieschua.

Varabrus. Et progressus illinc vidit alios duos fratres, & recōcinnates retia sua.

D. Chrysof. bo Componentes retia, & similiter vocavit eos.

Græcus. Redintegrantes retia. Pagninus. Sarcientes retia.

ALTER TEXTUS.

Matth. 1. n. 19. Et progressus inde pusillum, vidit Iacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus, & ipsos componentes retia in navi: & statim vocavit eos.

EXPOSITIO.

PROGREDIENS Jesus paululum, ut explicat D. Marc. à loco in quo vocaverat Petrum & Andream qui ipsum Dominum jam sequebantur. Ecce summa Dei bonitas. Ipse nos querit, aliter homo ad illum non se movebit. Vidit oculis suæ misericordiæ & pietatis, Psalms. 24. n. 16. Beda. Respice in me, & miserere mei. Idem est, quod ipse respiciat, & miseretur. Unde notat Beda, quod electi à Deo, dicuntur ab ipso videri; sicut reprobi nesciri & non videri. Vidit duos fratres, Deus, quos describitur habitas vocandorum, à vinculo fraternitatis, à genere, à nominibus, ab arte, ab actō, à pietate, ab animo sine ambitione sincero. Vidit

QUESTIO XV.

Quare Christus simul eadem tempore vocat quatuor fratres?

111.

Vidit duos fratres. Ecce vinculum charitatis. Vide eos concordēs maxima charitate fraternali, & cum essent ejusdem opificii artifices, non erant animo diversi, sed maximè uniti. Vide supra q. 5. n. 34. Iacobum Zebedæi; hoc est, filium Zebedæi Zebedæus dotatum, liberali, ac munificum significat. Et verè fuit homo liberalis, & munificus, qui utrumque talem, & tantum filium Christo donavit. Et dicitur Iacobus Zebedæi à patre suo Zebedæo, Vel, ut vult Abulensis quæst. 110. quia cum esset Joanne major, cum hereditate paternâ nomen etiam meditator. Vel, melius, hoc nomen ei imponitur ab Evangelista ad differentiam alterius Jacobi; nam in Apostolorum duo vocantur hoc nomine: & ad distinctionem unus dicebatur Iacobus Zebedæi, alter Iacobus Alphæi. Et ita passim vocantur in Evangelio, Matth. 10. num. 3. Marc. 3. n. 17. & 18. Luc. 6. n. 14. Sic & Simon Petrus, & Simon Zelotes, Luc. 6. n. 15. At Joannes absolute dicitur, Ait Abulensis citatus. Inter Apostolos Christi unicus erat Joannes, quia cum nullo haberet coincidentiam. Et Joannes inter cæteros in prærogativa unica avis phœnix erat.

Abulens. Iacobus, id est munificus, qui tales filios dederit Christo.

Abulens. Joannes unicus inter Apostolos.

112.

Jacobum, & Joannem. Idoneitas à nominibus. Iacobus, id est, luctator, ac supplantator Genes. 26. num. 26. Joannes verò, hoc est, gratia; quia ille, ut Albertus Magnus, est luctator, & supplantator contra hostem, in quo est gratia Dei In navi. Ecce idoneitas ab arte gubernator enim navis proportionatur gubernatori Ecclesiæ: & ex piscatoribus piscium fecit Deus piscatores hominum, ut multis est explicatum. Cum Zebedæo patre eorum. Ecce pietas, quæ est benevolentia in parentes. Theophylactus, Summa virtus est, pascere patrem senem, 1. Timoth. 5. num. 8. Si quis autem suorum domesticorum curam non habet, fidem negavit & est infideli deterior. Sequitur textus, Resicientes retia, hoc est, redintegrantes retia, quæ rupta erant ex longo frequentique usu. Et vocat Christus, non otiosos, nec ignavos, sed operi intentos, ac labori deditos, & totos in suo officio occupatos. Et vocavit eos. Ecce animi sine ambitione sinceritas: nullus se ingerit, & introducit ad officium, sed omnes vocantur; & ita Apostoli, ac Principes orbis terrarum creantur. Qui vocavit, hos & justificavit, quos autem justificavit, illos & glorificavit. Roman. 8. num. 8. Et ait Evangelista: Vocavit eos, non tamen explicat modum, & formam vocationis, & quibus verbis vocati sunt; sicut de Petro, & Andrea, tamen valde verissimile est, ut docet hic Hugo, quod iidem vocati sunt verbis: Venite post me, faciam vos piscatores hominum, ut dicam quæst. 16. in 2. ratione. Vel in laudem Joannis moraliter die, quod modus vocationis ejus non expressè narratur, nec vocationis verba exprimentur, quæ enim inter Christum, & suum dilectum Joannem interveniunt, potius silentio venerantur, quam verbis proferuntur.

Albert. Mag.

Magna pietas, de parentum curam habere Theophil. 1. Timoth. 5.

Rom. 8.

Hugo.

Qui se in dignitatem non ingerit, sed vocatur magnus.

Quæ sunt Joannis ita magni ut silentio venerantur.

Vocaverat Dominus ad se Petrum, & Andream; & inde progressus pusillum, ut explicat D. Marcus, attrahit ad se Jacobum, & Joannem. Vocat Dominus ad se duplicem fratrum germanitatem, quia super illam in magna charitate, & concordia suam voluit fundare Ecclesiam; ut dixi supra quæst. 3. Imò, ut notat Abulensis quæst. 117. isti quatuor Apostoli erant quasi simul: nam post Petrum, & Andream vocatum, progressus pusillum ad se adducit alios. Volunt etiam multum auctores, quod hæc vocatio facta est in illa piscatione Petri de qua cap. supra ior quæst. 1. Ubi petrus, jubente Christo conclusit magnam piscium multitudinem; & cum ipse & Andreas rete trahere non possent, rogaverunt Jacobum, & Joannem qui erant in alia navi, ut adjuvarent eos, erant enim socii in piscatione. Et ita ait D. Thomas: Erant enim habitatio simul, dilectione concordēs, artificio pares, fraternitatis pietate conjuncti. Et ideo simul vocati sunt.

113.

Abulens.

D. Thom.

114.

Glossa.

Hilar.

Remigius.

D. Paschas.

115.

Expulsi.

Da Dei gratia ad vincendas tentationes.

Psalms. 66.

Mythicè verò multipliciter res explicatur. Glossa per istos quatuor Apostolos intelligit quatuor orbis partes, in quibus Evangelium erat prædicandum. Secundo D. Hilarius in his, quatuor Evangelistas designari vult. Tertio idem D. Paschasius Hilarius, S. Remigius, D. Paschasius intelligunt quatuor virtutes Cardinales, quibus insignitus esse debet ille, qui ad prædicationis munus assumitur, erudientia refertur ad Petrum, propter divinam cognitionem. Justitia ad Andream, propter operum utilitatem. Fortitudo ad Jacobum, propter Diaboli supplantationem. Temperantia ad Joannem, propter divinæ gratiæ effectum. Quarto. Ferè similiter hoc explicatur à veteri quodam Auctore. Hac Apostolorum quadriga vehimur ad æthera, his quatuor angulis constituitur prima Ecclesia. Simon nos docet, Iesu vocanti obedire: Andreas, viriliter agere: Iacobus, supplantare hostem: Joannes, ad hæc præstanda, assidue Dei implorare gratiam.

Victoria solum per Dei gratiam venit obedientibus ejus mandatis, & viriliter in eorum custodia agentibus. Profugus erat David in deserto: & ne legem Dei violaret, in suam inimicum manum mittere noluit, quamvis à suis ad hoc maximè provocatus, 1. Reg. 24. n. 5. Sed solum ad Dei auxilium confugebat, dicens: Turris fortitudinis à facie inimici, Psalms. 60. num. 4. At verò; Saul multas in eum est machinatus insidias, multasque adversus illum militum copias admovit. Et tamen David vivus, ac victor evasit: è contra verò Saul victus cecidit. Unde hoc discrimen? Quia Saul multum de suis viribus confidebat, & contra Dei legem Davidem insectabatur: at verò David divinis mandatis obtemperans, divinum pro sui defensione implorabat auxilium. Divus Chrysostomus homil. 46. in Genesim. Ille, ait, de loco in locum erraticus vagans, nullo indigebat humano auxilio, quia manu superna munus fuit: iste verò, cum esset in mediis civitatibus, multos habens secum satellites, & armigeros, assidue timebat, & tre-

Chrysol.

mebat